Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



25.

ficiem hystoriae, ubicuq; enim hystoralis intello
gentia ponitur, tantumodo propter fit ea ut in ea
contineatur spiritalis intellectus sic in uasis mu
sicorum agitur. Ponuntur enim ibi ligna ponuntur
et corde, ut his contineatur, et suauiter sonare pos
sint; Sic et hystoria ponitur ut in connectendo
spiritalem Intellegentiam contineat, Sequitur.
Iste generationes caeli et terrae quando creatae sunt. v. 4.
In die quo fec dns d caelum et terram, Sequitur. Hic
recapitulatio sex dierum operum di. propter illos qui
mundum coeternum dixerunt. et sine initio eum sempfuisse
adfirmant; ut ore contrescant atque penitus con
fundantur, sed requirendum est quid est, qd hic ait:
In die quo fec caelum et terram. cum superius sex diebus
omnia opera sua distincte patrasse legitur. Nisi qd
rerum omnium origo simul creata est in substantia,
que uarias restabat producenda formarum
Inspecies iuxta qd scriptum est: Qui uiuit in aeternum
creauit omnia simul; Potest et altius Intellegi, Die
namque protempore primordialis creaturae
posuit sicut et apls. Ecce nunc dies salutis. Diem
totum tempus Intellegi uoluit, quo sci in hac uita
paenitentia salutem laborant, Sequitur. et omne